Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1542
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Qua hora? Que momenta? Quis numerus? Quas minutias momentorum natiuitatis
eius qui omnia condidit collegisti? Non quiescat quia heretica non religio sed supersticio.
de exordio. Defecit calculatio. quia eum audit sine initio eternitas. nulla quaerit
etas. Si pater ds. filius ds. pater maior. filius minor. iam non unus est ds. sed duo sunt dii.
Quid est quod quod dicit dns per ppham? Ante me non est formatus ds. et post me non erit. Quid
dicis arriane? Cui istas deputas uoces? Si patris sit. dicendo ante me non est formatus
ds et post me non erit alius. aut ipse pater non erit. aut filius non erit. Si enim non dicet. ante
me non est formator ds. nec addiderit. et post me non erit. ubum ubi erat hec uba pater
tantum applicare. Cum autem sequitur et dicit. post me non erit secum te ut dixi esse patrem
et filium negat dm. Item si filii sunt hec uerba. patrem suum et dm negat. et patrem.
Si enim non dicet ante me non est formator ds. sed tunc dicet. post me non erit. posset fortasse
dici filium solum fuisse locutum. nam autem cum dicit. ante me non est formator ds et post me non erit.
patrem suum nec dm dicit esse nec patrem. Item si patris sunt hec uerba. quis dicit.
cui dicit. filius meus es tu ego hodie genui te? An forte quod absit mendacio
arguendus est? Si filii uba sunt. quis die cui die. pater mis usque in opus? An forte et
inuiriosus pater iudicandus est. et ingratus? Si numquid ingrato dicit. postula a me et
dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam finium terre? An forte pha
quid dicere nescuit aut fallere uoluit. aut ut mirus aliquid de pha dicam.
finxisse credendus est. duos sibi confabulantes. id est patrem et filium. et dicente patre. ante
me non est formator ds. adiunxit et filius dicendo. et post me non erit. Inimica sunt
an diuina que agimus? O seculum phdolor. parce parce heretica impietas ~~parce~~. Cum tu dm
non capias. nos quoque ad blasphemiam puocas. Non hoc docet sca ecclia. Pater pater est. filius fi
lius est. et ille numquam non fuit pater. et iste numquam non filius. Ambo enim. nec cepunt esse nec de
sistunt. Quod pater loquitur. filius loquitur. quia ubum patris est. et quod filius loquitur. pater loquitur.
quia pater ubi est. Ipsum ubum dicit. Uerba que ego loquor a me ipso non loquor. Concedite queso catori. et canta si postulatis capere catorem. Lux ignis et splendor duo sunt.
alter creatio est. nec sine alto. alter est. Ignis pater. splendor filius. et ipse si posset
dicere. quod luceo. non a me ipso luceo. sed qui me misit ipse mihi dedit ut luceam.
Ignis enim splendorem mittit. et sic filius de patre do dicit. pater mecum est.
tta et splendor dice p. ignis mecum est. extingue ignem. et splendor nusquam
parebit. Iste ignis et splendor. pater et filius. Unus sine omigio pater. alius sim mat